ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrens Capitaneal Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, poenis simplicibus, vel triplicatis, Quaestionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sedzimirzowa Gorskiemu Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Premysliensis, Generosa Christina Kie-
1103 ustrolowiczowna, primarum olim Generosi Jacobi Gorowski, ad praesens vero secundarum Nuptiarum, Generosi Gabrielis Sedzimir Consors legitima, cum eiusdem mariti sui, uti Tutoris coniugalis, personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrens Capitaneal Premysliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum

recognouit. Quia ipsa se ac suos successores in et
super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuni-
arijs quibusuis, habitis et habendis, inscribit et obligat
p[rae]sens, Scriptum certum manuale per se Recognoscens
in rem et manus G[enero]si Adami Joannis Gurski, Came-
rary Granicialis Terrae Premysliensis, ratione certa
rum rerum et conditionum in eodem scripto manu
ali contentarum, et p[rae]cipue ratione summae Mil
le florenorum polonorum, in vim prouisionis, a summa ori
ginali duorum florenorum polonorum ex certa sorte in vil
la Wesola sita, per Magnificum Martinum Krasi
cki antea Pocillatorem, nunc vero Castellanum Pre
mysliensem persoluta, et in euictionem ad annos com
petentis aetatis G[enero]si Stanislai Kozlowski mino
rennis, in manus supra scripti G[enero]si Gorski data,
pro annis quinque, nempe ab anno Millesimo
Sexcentesimo Sexagesimo Septimo, usq ad annu[m]
Millesimum Sexcentesimum Septuagesimum se
cundum inclusiue prouenientis, de actu et data
illius scripti hic Premysliae die hodierna in actu
contenta confectum, conscriptum, datum, manu
G[enero]si Gabrielis Szczimirz mariti sui Recogno
scentis propria subscriptum. In omnibus et singulis
eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis,
clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus
in vniuersum omnibus, eidem G[enero]so Adamo Joanni
Gurski Camerario Graniciali Terrae Premysliensi
ipsiusq posteris, firmiter tenere, complere, exe-
qui, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et sin-
gulis eiusdem scripti Manualis contentis tam in
toto, quam in quauis minima parte, toties quo-
ties opus fuerit satisfacere, scriptum p[rae]fatum
Manuale, ad Inscriptionem p[rae]sentem Roboratoriam,
et Inscriptionem p[rae]sentem Roboratoriam ad p[rae]dictum
Millium

scriptum manuale Vicissim in toto referendo Seq
sub Vadio summae Mille florenorum polonicorum per eandem
recognoscentem vel eius successores, supramemorato
Generoso Adamo Joanni Gurski Camerario Granicialis
Terrae Premysliensis, vel eius posteris, ob non com
pletionem contentorum scripti praefati manualis, o
mnium et singulorum, tam in toto, quam in parte
toties quoties, ad solvendum succumbendo pro
quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum suc
cubito ac pro re aliqua principali ex contentis
scripti eiusdem Manualis non completa complens
Citata existens memorata Recognoscens sive
eius successores ad Instantiam praefati Generosi Ada
mi Joannis Gurski Camerarij Granicialis Terrae
Premysliensis vel eius posterorum ad officium
praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis sive etiam
Castrensis Capitaneatus Sanocensis ad quod prius ex
ipsis Citabitur, extunc recessu supra scripto, quo
ad respondendum spectat mediante, semper in pri
mo Citationis termino, tanquam peremptorio sta
re, Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere,
Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati
debebit et tenebitur, Seque ac suos successores, ad
eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum
Terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes, causas eiusdem terminos
semper peremptorios, vera infirmitate, pro ma
iori, minorennitate successorum, legatione intra
vel extra Regnum, servitio militari, ad muni
menta ad Evictorem, vel alijs quibuscunque dila
tionibus et legalibus impedimentis non differen
do ad quietationem praeterea ultra proximos officij
praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis sive etiam
Castrensis Capitaneatus Sanocensis Terminos dilationem
sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes
S opus fuerit

ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspens. fatalijs Iuris praescriptione Terri, bello, conventionibus ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. Salvis provisionibus in Annos subsequentes, ab eadem Summa duorum Millium florenorum polon. ab Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio incipiendo, solutionem, provenientibus

Trembinski Consorti suae Advitalitatem inscribit. 0203

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. Gnosus Gabriel Trembinski olim Gnosi Christophori Trembinski, cum Gnosa Eva Suidnicka Consorte eius legitima, procreatus filius. Sanus mente et corpore existens, a Terris districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibus proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus bonisq. suis quibusvis omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq. Subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosae Cristinae Koropacka sua recognoscentis Consorti legitimae, super omnibus generaliter bonis suis haereditarijs, obligatorijs, mobilibus, et immobilibus, summisq. quibusvis pecuniarijs habitis et habendis, necnon auro argento, stanno, cupro, aere, orichalco, monilibus, Unionibus, margaretis, Vestibus, Vestimentis, pecoribus pecudibus, equis Equirea, totaq. Suppellectili domestica inquacunq. forma et materia existen. nunc habitis et in posterum habendis, advitalitatem et Ususfructum ad extrema duntaxat Vitae ipsius tempora inscripsit et concessit